



# Disputatio theologica de reliquiis : pars secunda

<https://hdl.handle.net/1874/340999>

DISPUTATIO THEOLOGICA,  
 DE  
 RELIQUIIS,  
 PARS SECUNDA,  
 QUAM

Favente Deo,  
 SUB PRÆSIDIO  
 D. JOHANNIS HOORNBECK, SS.  
 Doct. & ejusd. facultatis in Alma Academ. Ultraject.  
 Profess. ordinarii, atque Eccles. ibidem Pastoris  
 vigilantissimi.

*Publicè defendere conabitur*  
 PETRUS DOMSELIUS Clivo-Vesal.  
*Ad diem 7. May. Hora locoque solitis*



ULTRAJECTI.

Ex Officina JOHANNIS à WAESBERGE,  
 ANNO M.DC.LI.

Nobilissimis, Amplissimis, Spectatissimisque Viris,

- D. IVSTO VYGH, Domino de Isendoorn, in Geld.  
curia Senatori prudentissimo, inchoyta Acad. Hard. Curatori optimo.  
D. ARNOLDO ab EEDEN, Domino de Emmickhuyzen.  
D. OTTO PINSEN van der Aa, Domino de Deil, Centurioni  
propatria strenuissimo.  
D. ANDREÆ vander MEULEN, Domino strenuissimo.  
D. JOHANNI MAMUCHETO, Domino in Hoederingen  
gravissimo.  
D. JOHANNI GODTSCHALK & SCHURMAN.  
D. ANDREÆ PANHUISEN.

N E C N O N

Reverendis, Clarissimis, Doctissimisque Viris,

- D. GISBERTO VOETIO, } SS. Theol. Doctoribus,  
D. JOHANNI HOORNBEECK, } ejusdemque facultatis  
in inchoyta Acad. Ultraj. Professoribus celeberrimis, præceptoribus suis.

U T E T

Piissimis, Doctissimisque Viris,

- D. ARNOLDO SCHOONHOVEN, in Apkou.  
D. PAULO BARTH. & BLYDENSTEYN, in } Pastori-  
Ysselbam, Theologo maximo, inque Linguis Orientalibus } bus vigi-  
versatissimo. } lantissi-  
D. JOH. BARTHOLDI & BLYDENSTEYN, } mis.  
in Runerwoldt, sive Blydensteyn.  
D. GERBRANDO SCHAGEN, in Lopick.

S I C

Nobilissimo, Clarissimoque Viro Juveni,

- D. WILHELMO vander MEULEN.

N E C N O N

Præstantissimo, Spectatissimoque Viro Juveni,

- D. JOHANNI ab EWYCK,  
Dominis suis clementissimis, sibi honorandis.

} Jusf-  
} prudē-  
} tiæ stu-  
} dios. in-  
} defessis.

Hanc Disputationem Theologicam

Submisit offert

PETRUS DOMSELIUS. Resp.

## DISPUTATIO THEOLOGICA;

D E

## R E L I Q U I S.

P A R S S E C U N D A,

T H E S I S V I I I.



Reliquiæ passionis Christi sequuntur.

De loco, ubi Christus sanguinem suda-  
vit, & Patrem oravit in horto, ostenditur  
Lovanii, in Abbatia Gertrudis; etiam An-  
dani, in S. Huberti. Buxellis, in Carthu-  
sia. & Pragæ.

Ex triginta argenteis, quibus dividitur  
à Iudæ Christus, unus servatur Romæ, in S. Iohannis Latera-  
nensi; & S. crucis. Oveti. Heverlæ, prope Lovanium. Lutetiæ  
Parisiensium. apud Equites Melitenses.

Funis, quo Christus alligatus fuit, Romæ, in S. Crucis. Me-  
diolani, in Ecclesia dicta Porta Romana. Aquisgranis.

Columna, ad quam Christus flagellatus, Romæ in S. Pra-  
xedis. Vide Cornel. à Lapide, in *Matth.* xxvii. 26. & in *Iesai.*  
l. 6. Addit Antonius Augustinus, *Dial.* iv. Antiq. quod inde  
nomen Columnæ, celebris apud Romanos familiæ veniat, ab  
illo Cardinali, qui columnam illam secum Palæstinâ Romam  
advexit. Constantinopoli, in templo Patriarchæ: Stephanus  
Gerlachius, in litteris ad Mart. Crusium, a. 1575. Me-  
diolani, in S. Barnabæ; & in ejus Sacrario; in S. Satyri; & S.  
Ambrosii; & S. Vincentii; S. Mariæ de monte; de Gari-  
gnano; de Corbetta; & in Ecclesia Carmelitarum;  
& in Ecclesia Hortensi. Præterea Neapoli, in S. Pauli  
Majoris; in Monasterio S. Patriciæ. Colonia, in S. Severini;  
& ad Maccabæos. Namurci, in cathedrali; & in Salsinensi  
castrubio, prope Namurcum. Duaci. Brugis in S. Donati. In

Gemblacensi cœnobio Benedictinorum. in Salsinensi, in Læ-  
tienti cœnobio. Tornaci. Mechliniæ. Iuxta Lovanium. in Ab-  
batia Parcensi. Olim hic in S. Iohannis. Romæ in Vaticano  
habent de lapide, ad quem Dominus fuit flagellatus. Etiam  
Bruxellis, in Carthusia de lapide exhibent, super quem Iesus  
constiterit, quando flagellaretur. De *stipite*, in quo Christus  
verberatus fuit, Cameraci, in S. Auberti cœnobio.

*Lapides*, super quos Christi cruor defluerit, ostentant, Tor-  
naci, in Cathedrali. in Walciodorensi B. Marię. In Salsinensi  
Monasterio: & in Abbatia Trudonensi. De *petra*, super quam  
Dominus sederit, olim hic in S. Iohannis partes duæ.

De *virgis*, quibus Christus ad columnam cæsus fuit, Tor-  
naci. Neapoli, in S. Pauli Majoris; & B. V. de conceptione.

*Scala*, cui Christus vestigia sua infixit, in prætorio Pilati,  
visitur Romæ, in Lateranensi.

De *Toga*, alba, qua illusus fuit ab Herode, in S. Huberti, in  
Arduenna. & in Lætienti cœnobio in Hannonia.

De *calamo*, quocum Christi caput percussum fuerit, Romę  
in S. Sabini; & in Lateranensi.

*Arundo*, seu canna, quam Christo dabant in manus Iudæi  
illutores, Mediolani, in S. Barnabæ. Parisiis. Pars ejus quo-  
que Aquisgrani. Colonia, in S. Vrsulę. Duaci, in S. Amati.  
in Lætienti cœnobio, ad Helpram.

Ibidem de *vinculis* manuum Christi. Et Parisiis, in templo  
de nostre Dame annulus è catena *ferrea* ostenditur, qua Chri-  
stus ligatus fuerit.

*Purpurea* Christi vestis, à Pilato ei induta, Romæ, in S. Io-  
hannis Lateranensi; & S. Mariæ majoris. Mediolani, in S. Ste-  
phani. Lovanii, in S. Gertrudis. Namurci. In Lætienti cœno-  
bio: in Salsinensi. Atrebatu. In Abbatia Trudonensi. Colonia,  
in Mariæ de gradibus. Parisiis.

Ad *crucem* si pergamus, plena hujus sunt quævis ferè loca, &  
vix ullum alicujus nominis sacellum, quod non istius ligni,  
quo sc. quoq; gloriatur, habeat frustulum. Ac primum, de loco  
etiam ubi crux plantata, profert sua Mediolanū, in Ecclesia de

Corbetta; & in S. Iacobi scholarum. Lovantum, in Parcenti  
Abbatia. Atque cœnobium Salsimense de lapide, ubi crux  
infixa fuerit. De loco similiter Pragæ. Duaci, in S. Petri.

De ligno crucis, Romę, in S. Petri, in Vaticano, duę partes.  
In S. crucis, trãlverfarii ex cruce ligni servatur magna portio;  
atque alia crucis frustula; sicuti etiam in D. Pauli, via Ostiensis;  
in Lateranensi S. Iohannis; in S. Laurentii; in S. Apostolorum;  
& S. Eustachii; & S. Blasii; & S. Susannę; in S. Iohannis; &  
Pauli; in S. Sabinę; & in S. Marię majoris. Mediolani, in S.  
Stephani; in ecclesia S. passionis; B. Marię, de Pace; in S. Bar-  
nabę, tres partes ligni crucis; iterumque de eodem, in Sacra-  
rio ejus; in ecclesiã Servitarum; In S. Fidelis, pars magna; in S.  
Antonii, de Paduã; in S. Satyri; S. Radegundis; in S. Ambrosii;  
S. Francisci; S. Valerię; Marię, de Gratia; in Monasterio S.  
Mauritii; in ecclesiã de Garignano; S. Marię de monte; de  
Corbetta; de Castillone; S. Arderici; in Monasterio S. Mag-  
dalenę; in S. Ambrosii, in nemore; in ecclesiã Carmelitarum;  
in S. Iohannis; in S. Michaelis; in ecclesiã Hortensis; in S. Mar-  
garetę; in S. Iohannis Bapt. decollati; in Oratorio Spiritus S.;  
in S. Barbarę Capucinorum; in ecclesia Augustinianorũ; S. Ia-  
cobi; & in S. Angeli. Neapoli, partes ligni de cruce servatur in  
ecclesiã S. Laurentii; SS. Apostolorum; S. Marię, de sapientia;  
S. Marię majoris; S. Pauli majoris; in Orario S. Philippi Nerei;  
in Monasterio S. Patricię; S. Gaudiosi; & B. Virginis de con-  
ceptione; in Monasterio S. Marię Donna Romita; in ecclesiã  
montis Oliveti; in S. Ludovici, tres partes ligni; item in eccle-  
sia S. Catherinę Senensis. Oveti, in Hispaniã; & in Monaste-  
rio S. Æmiliani. Vefontii, in Burgundiã. Colonia, in Cathe-  
drali, visitur magna pars de ligno crucis; item in S. Gereonis;  
in Cuniberti, duę partes; in S. Andree notabilis ejus portio;  
uti etiam in S. Cordulę; in S. Barbarę Cartusienfium; in B.  
Marię, in gradibus, pars crucis, in igne probata à S. Annone;  
ad S. Crucem, apud Dominicanos, magna quoque pars, quam  
Albertus magnus ter igne probatam, ex collo gestavit: de  
quo Chronica Colon. pag. 96. dicit, in Alberti M. sepulchro

repositam fuisse. Confer *Ægid. Gelenium Colon. Supplex, pag.*  
122. 188. 124. 128. ad B. Virg. Mariam cœnobitica Carmeli-  
tarum, partes habet notabiles: in S. Laurentii; in S. Albani.  
Præterea Aquisgrani plurimæ partes. Namurci, in Cathedra-  
li; & apud Crucigeros. & prope Namurcum, in Monasterio  
Broniensi; & Florensi. in Molinensi. in Salsinensi. Gerardi-  
montibus, in cœnobio S. Adriani. In S. Aldegundis ecclesia  
Canonissarum, Malbodii. Trevis, in Cathedrali, magna de  
crucis ligno pars spectanda exhibetur: non longe inde, in E-  
pternacensi cœnobio, magnæ ejuldẽm partes. Prage, nonnul-  
læ quoque partes: & plurimæ olim Wittemberge. Hic Ul-  
trajecti olim in S. Mariæ, de ligno isto fuit aliquantula pars,  
quæ octavo Pentecostis, in summo altari, ligneo pedi imposi-  
ta, inter duas parvas candelas, populo spectanda exhibebatur.  
Et in die Exaltationis S. crucis, vinum super altare illud posi-  
tum & ligno isto benedictum, clerus, finitâ mlsâ, bibebat.  
Etiam in templo nostro Majori; & in S. Salvatoris, partes ligni  
istius. Et in S. Iohannis, ex depositione Bertholdi episcopi xx.  
quando sub Frederico Badensi episcopo lvi. a. d. 13 xv. cho-  
rus templi de novo reedificaretur, capsula est summi conca-  
vitate reperta est, quæ presentibus aliis, inter quos etiam A-  
drianus de Trajecto, Præpositus S. Salvatoris aperta, varias  
continuit reliquias, quatuor schedulis adjunctis descriptas, in-  
ter quas in tertia & quarta schedula signatæ fuerunt etiam de  
cruce domini reliquias, quarum extat bulla Frederici, citata  
Wilhelmo Hedæ, in suâ Episcoporum Ultrajectensium hi-  
storiâ, quâ quadraginta dierum indulgentias pollicebatur o-  
mnibus qui ad fabricam novi chori, vel ad reliquiarum istarũ  
ornamenta, manus porrexissent adjutrices. Adeo non sterilis  
erat reliquiarum expositio. Dordraci etiam, in templo Maxi-  
mo, ejus reliquæ extiterunt: & Trajecti ad Mosam. Hodie ad-  
huc Duaci, Cameraci, in cœnobio S. Auberti. Bethuniæ, in  
S. Bartholomæi, duæ ejus partes. Lutzenburgi, in Clari. Fon-  
tis, in Mustertensi; in Bonæ viæ Virginum cœnobio pars præ-  
clara, Bruxellis, in S. Gudilæ tres partes notabiles, ex legatio-  
ne

ne Principis Elyſabethę Clarę Eugenę: & apud Ieſuitas; & in S. Nicolai, & juxta Bruxellam; & apud Ord. Ciſtertięſis. Anderlaci, apud Minimos. Prope Duacum, in Flinēſi cœnobio. In Gēblacēſi, pars notabilis. Duaci in S. Amati; & in S. Petri. Querc. Cincti. in Haſprenſi inter Cameracum, & Valencenas, in Latiēſi, partes admodum notabiles. Atrebat, in S. Crucis; & in Cathedrali, & in S. Vedasti. Tornaci, in Cathedrali. Leodii. Apud Tūgros, in eccleſiā Marię, Apud Walciodoreſes, ad Moſam. magna pars apud Bethuniēſes Minoritas. Inſulēſes, in S. Stephani. Mechliniēſes. In Molinēſi Ord. Ciſtertiēſis. Aerię, in S. Petri. In Abbatia Parcēſi, juxta Lovanium. in Rameia, Ord. Ciſtert. In Phanopinēſi Ord. S. Auguſtini Canonicorum In Rutilēſi Cartuſia, ad Moſam. Trudonenſis Abbatia multas ligni poſſidet particulas. Prope Audomarpolim, in domo Watenēſi. S. Winoci. Furnis. Brugis. in S. Donati. Gandavi, apud Benedictinos; & Carmelitas; & in S. Bavonis; & apud Dominicanos; & S. Margaretę. Lovanii, apud Ieſuitas; & in S. Petri. in Hoydonck, in pago Wctten. Huy, apud Crucigeros. Ratilbonę. Pariſiis. Londini olim, in S. Pauli: Ioh. Stow Annal. Anglic. A. 1215. Vlyſſiponi: Damianus à Goes, de *Æthiop. morib.* Cracovię, in Baſilica: Herburtus, *Hiſtor. Polon. lib. x. cap. 111.* Et in Monasterio Calvi montis: Idem, *lib. XI. cap. & lib. II. cap. v.*

I X.

Exclamabunt forte aliqui, & ſtuebunt ad immenſum lignorum crucis Chriſti hic, & ibi repertorum numerum, quem adduximus: verum ſciant illi, ne dimidiam quidem (ut opinamur) eorum partem à nobis assignatam eſſe, quę vel hodie, vel olim jactata fuere: neque quod nos dicimus, non crucē, ſed ædes jã ex tot lignis extrui poſſe, Pontificios quippiam movet, facile hoc concedentes. Si enim in unum conſerantur acervum quidquid ubi vix gentium de ligno crucis reconditum habemus inquit Heretici, dicit Geldolphus à Ryckel, pag. 238. ſui Phylacterii, ſatis erit ad vaſtam domum conſtruendam, vel ad Batavicam onerariam navem implendam. Qui autem reſpondet?

Qui-



Quibus dicimus, hæc ejus verba, nec hoc veritati repugnare. Baronius ipse, Annal. Tom. 1. ad A. 34. reliquias passionis Christi plurimas recensens, de inventa cruce, ait, quod *vix sit reperiri personam & locum, in quo non sit aliqua ejusdem sacratissimi ligni particula.* Neque adhuc recenseo infinitas de hoc ligno donationes, quas Papæ singulari muneris loco faciunt perquam multis: uti Iaponensibus A. 1587. à Sixto Papa, de quo Hugo Linschote, *Itinerarii sui cap. xxv. r.* aliisque.

Adde, quod Romæ in S. Crucis ostenditur quoque dimidium ex cruce latronis conversi.

X.

Neque minus *spinarum* in mundo est, ex ea, quam Christo gestandam dederunt, corona: ut jam non corona, sed sylva ex illis particulis facile strui possit. Romæ, in S. Crucis, duæ spinæ: item in S. Laurentii, extra urbem; in S. Sabinæ; in S. Eustachii. Venetiis, quatuor spinæ, Christi sanguine adhuc rubricatæ. Mediolani, in S. Stephani; & S. Mariæ de pace, duæ spinæ; in S. Barnabæ, tres: iterum, in ejus Sacrario: in S. Rade Gundis; in ecclesia dicta, Porta Romana; in S. Bernardi; in S. Satyri; in S. Ambrosii; in S. Francisci; in S. Mariæ, de gratia; in S. Vrsulæ; in S. Mariæ, de Crarevalle; in S. Hieronymi, extra Mediolanū, una spina cruentata: in ecclesia de Garignano; in S. Mariæ, de monte, duæ spinæ; in S. Arderici; in S. Magdalænæ; in S. Ambrosii, in nemore; in S. Carpophori; in Ecclesia Carmelitarum; in S. Thomæ; in Portæ novæ; in S. Iohannis Baptista; apud Augustinianos; in S. Erasmi, in Burgo novo; quatuor spinæ quasi tinctæ sanguine; deniq; in S. Marci. Bononiæ, in S. Dominici; & S. Hieronymi; & Tiphernatis, spectatæ longitudinis una, cui adhæret unus è capillis Christi, sanguine illi adglutinat, quæ sc. in Die Parasceves, hora qua Christus fuit coronatus, virefcere, sanguinemque mittere conspicitur. Alia similis Montoni, prope Eugubium. Neapoli, in S. Mariæ majoris, quinque spinæ; in S. Petri, à Majella; in S. Pauli majoris; in Oratorio S. Philippi Nerci; in SS. Apostolorum; in S. Gaudiosi, duæ spinæ; in S. Patriciæ; in B. Virg. de conceptione, spinæ

spinę duę, ex uno stipite prodeuntes: in montis Oliveti, duę  
 spinę; in S. Marię Donna Romita. in Carthusia, propę Nea-  
 polim. Oveti; Compostellę in Hispania. Pragę, duę spinę.  
 Colonia, in S. Andreę, duę spinę; in S. Cordulę, duę spinę;  
 in Marię de gradibus, item duę spinę; in S. Barbarę, duę  
 spinę; in S. Columbę; ad Maccabęos. Aquilgrani olim; nunc  
 in S. Dionysii, Parisiis. in S. Vincentii, Baronius, Tom. VII. A.  
 579. p. 832. Epternaci, prope Trevirim, spina una satis oblo-  
 ga. Malbodii, in S. Aldegundis, spina, cruore Christi adhuc cõ-  
 spersa. Senis. Vincentię, apud Bituriges quinq; spinę. Veson-  
 tiis, tres. Tholose. Manticonę. Charronii. Cleriaci. Novioduni.  
 Sanfloridi. Sammaximini. Sallę. apud Tungros, in S. Marię.  
 apud Valentianenses, una, quę singulis noctibus ferię sextę  
 Parasceves, per integram horam rubea & sanguinolenta ap-  
 paret. apud Insulentes. Brugis, in cathedrali. Atrebatii, in S.  
 crucis, duę spinę; & in B. Marię. In S. Eligii, prope Atreba-  
 tum. apud Bethunienses, in S. Bartholomęi: in S. Huberti, in  
 Arduenna. Namurci, in cathedrali. Gerardi-Montibus in S.  
 Adriani. Bruxellis, in Carthusia; & S. Gudilę, duę. Camera,  
 juxta Bruxellam. In agro Lutsemburgensi, in Differdingen-  
 si cęnobio, spina, e quã quatuor aut quinque hinc & inde  
 minores nascuntur. In Gemblacensi, duę spinę. in Latiensis.  
 in Rameia, Ord. Cistert in Brabantia Walonica. In agro  
 Heldenensi, in Monasterio Clari-Campi. Gandavi, apud Do-  
 minicauos, duę spinę; & apud Minores. Trajecti ad Mosam,  
 in S. Servatii. In Valle-Ducis cęnobio Virginum Dominica-  
 narum, juxta Bruxellam. in Abbatia Trudonensi spinę duę.  
 Aldenardę, apud Cistert. Virgines, ramulus de corona Do-  
 mini, ubi quatuor, aut plures stimuli assurgunt. Lovanii, a-  
 pud Martinianos; & apud Iesuitas. Mechlinię, apud Sanctimo-  
 niales montis Hilaris. Duaci, in Belli loci, Ord. Augustini  
 spina una. In Markettensi, prope Insulas. Nizellę, prope Ni-  
 vigellam. prope Nizellam, in walteri Bramia Ord. Cistert.  
 cęnobio. In Wevelgemienensi, etiam Cistertiensis Ord. tenent  
 ramusculum trium spinarum. Olivę, apud Marię monti-

um. In Pitsenborch, una: & altera, apud Sorores nigras. in Muiensij cœnobio. Augustę Vindelicornum in S. Crucis, duę. Vna itidem in monasterio Norisheimensi, & particula, ad SS. Vdalrici, & Afrę. Ethelstanus, Anglię Rex magnam olim partem accepit ah Othone M. Imperatore. S. Germanus aliam à Iustiniano. Rhodi duę, ut alii, una spinarum habetur.

*Et quis omnes enumeret, loquitur de spinis istis Iosephus à Ryckel, pag. 41. quas heterodoxi in Anglia regno, Germania, Belgii direptione pefumdederunt?*

## XI.

*Clavi*, quibus Christus cruci affixus fuit, quoque superlunt, si Reliquiariis credimus, imo plures sane, quam unquam in crucem acti fuerunt. Romę, in S. Crucis, unus ex clavis: & in S. Eusebii, de freno equi Constantini Imp. è clavo crucis confectus; alter in templo Helenę. Mediolani. Senis. Venetiis. Pragę. apud Bituriges. Carpocratenses. Treviris. Norimbergę. Apud Colonienfes, in Capitolio. Lutetię Parisiorum, in cœnobio Dionysiano; & apud Carmelitas; & in S. Sacello. Raribonę. Alium, videlicet in capulo ensis Constantini aptatum, & una cum eo Regi Anglorum Adelstano misit olim dono Rex Francię Hugo, quando ejus sororem, in conjugem expeteret. Colonię, in Marię de gradibus, particula clavi. Aquilgrani, extremitas clavi. Namurci, in Abbatia Virginali Ord. Cistert. pars clavi. in Walciodorensi ecclesia B. Marię, clavi cuspis. Solis-montenses Sanctimoniales Bernardinę, partem clavi tenent. Bruxellis, in S. Gudilę, nobilis clavi pars, ex dono Principis Clarę Eugenię. Rudolphum, Burgundię Regem, in lancea sua crucem ex clavo formatam habuisse, narrat Chronica Colonienfis pag. 125. Cracovię, in Basilica: Herburtus *Histor. Polon. lib. II. cap. IV. & lib. XIV. cap. IV.*

Atqui referunt, Helenam Constantini Imp. Matrem, reperlis quatuor clavis, ex uno freno equo Constantini fuisse, alterum diademati ejus intexuisse, tertium mari Adriatico, ad sedandos ejus fluctus, immerfisse, quartum positum in Constantini Imp. galea. Hanc vid. tenet Modętiensis ecclesia, neq; quem-

quempiam vult ambigere, quin clavum Dominicum etiam contineat. Unde autem illi reliqui clavi, & clavorum tot particula? præcipue quum nec multiplicationem eorundem miraculosam, uti in ligno crucis, spinis, aliisque reliquiis, hic admittant? Ryckel, pag. 226. *ne si apud plures ecclesias integros clavos esse concedamus, multiplicationem miraculosam nec necessariam finxisse videamur: qua tamen apud idoneos auctores nusquam (quod equidem sciam) literis prodita est.* Ipsi viderint: etenim multo minus concedent illi, qui se habere integrum clavum dicunt, esse ejus tantum ramentum, aut ectypon, quomodo hic respondet. Sed interim ne nescias quoque, unde factum quod in bello inter Franciscum I. Gallie Regem, & Carolum V. gesto, hic superior evaserit; coronæ ejus, in qua sc. clavus iste continebatur, deberi ajunt. Sic Geldolphus à Ryckel, Phylacterii pag. 225. *Anne mirum, quod Franciscus I. Galliarum Rex Carolo V. succubuerit, ut qui Carolo coronam, in qua Christi Domini clavus supra omnes uniones, & gemmas, quibus opulentissime distincta erat, inæstimabiliter eminebat, cesserit. Quod licet Scriptores Galli non libenter fateantur, nihilominus Quintana, in Historia Madritensi, lib. 3. cap. 113. disertis verbis testatur, & Iulius Bulergerus, à Curtio citati. Ohe! Cornelius Curtius libellum scripsit, de Clavis Dominicis.*

*Linteam*, quo Domini corpus ad lumbos obtectum fuit, quando in cruce penderet, Aquisgrani visitur.

*Titulus crucis*, cum litteris Latinis, Græcis, & Hebraicis, Romæ, in S. Crucis in Ierusalem. De eodem, Mediolani, in B. Mariæ, de pace, & Carmelitarum. etiam Tholosæ.

*Lancea*, quâ Christi latus fuit perforatum, Romæ, in S. Petri, in Vaticano, ejusque cuspis obrusior, & mucro maculis sanguineis spectabilis est. Tamen Lanccam quoque Hugo Francorum Rex, Adelstano Angliæ Regi olim dono misit. eandem Carolus M. habuit, atque quoties in hostem vibravit, victor semper abiit. servatur adhuc inter cimelia Imperialia. De lancea etiam in Flinensi monasterio, propè Duacum, & in Laticensi, ad Helpram, in Salsinensi, prope Namur-

cum. Coloniae, in Mariae, de gradibus; & S. Francisci. Chronica Coloniensis, pag. 178. narrat Annonem Archiepiscopum, cum filio Henrici Imp. lanceam illam, qua perfosum Christi latus sit, Coloniæ secum adduxisse. Ratisbonæ eadem quoque ostensa A. c. l. c. xl. d. v. Jul. Apud Xantones. Selvæ, prope Burdegalim quoque asservatur. Anconæ etiam. Parisiis, in Sacello Regio. Noribergæ cuspis asservatur in monasterio Braweilenensi Ord. Benedicti. Etiam in Windbergenſi, in Bavaria. Venetiis: Platina in vita Gregorii IX.

De Sanguine Christi variis in locis. Romæ, in Lateranensi vas exhibetur, in quo est sanguis & aqua, quæ fluxerunt de Christi latere; ejusdem ampullæ duæ, sub altari. Ryckel. p. 320. ampulla alia item plena sanguinis Christi, in S. Crucis, in Ierusalem; & in S. Eustachii. Mediolani, in S. Mariæ de monte ostendunt de Christi sanguine; in Ecclesia de Garginano ampullam plenam sanguine, qui fluxit ex Christi imagine. Item Namurci. Lovanii, in S. Petri. In Angliam olim istius sanguinis multum sub Rege Henrico III. illatum. Polydorus Virgilius, *histor. lib. xv. pag. 786. 764. 795.* & de *Invent. rer. lib. vii. cap. iv.* Mantuæ: quo Longinus sc. sanguinem istum attulit. Pragæ velum Mariæ asservant, tribus de sanguine Christi guttulis conspersum, quando sub cruce staret. De sanguine Christi, item apud Aquincinos. Tres guttæ, apud Tungros. Rupelle, guttillæ sanguinis aliquæ, à Nicodemo sc. chirothecis ejus exceptæ. Biliomæ, in Avernia.

Lapides Christi sanguine conspersi ubivis habentur varii. Duaci, in S. Amati. apud Walciodorenses. in Salsimensi. Trevisis, in Cathedrali. In Letiensi cœnobio, de sanguine concreto. de sanguine, quo conspersa fuit Domini crux, in Fli-nensi, prope Duacum. Brugis. Vide de hoc Cassandrum, in *Hymnis. pag. 261.* & Guiccardin, in *Descript. Belgii.* Ryckel, à pag. 131. In S. Waldetrudis Canonissarum, in montibus Hanoniæ. In Monasterio Windbergenſi, in Bavaria; referente Canisio, *Lectio. Antiq. Tom. vi. pag. 401.*

*Spongiam*, qua Christus felle ac aceto potatus est, exhibent Romæ, in Basilica Lateranensi; & S. Crucis; de eadem, in S. Mariæ Majoris. Mediolani, in S. Barnabæ; & S. Ambrosii; & B. Mariæ de pace; & S. Antonii; de Corbetta; Carmelitarum; Augustinianorum; & S. Jacobi. Neapoli, in S. Gaudiofi. Vefontionis, in Burgundia. Lovanii, in S. Geertrudis. Duaci, in S. Amati. & in Flinensi cœnobio. in Lætiensi. Gandavi, apud Augustinianos. Aquisgrani. Colonia, apud Cappucinos. Brugis, in Cathedrali. Leodii, in S. Lamberti. Lutsemburgi. in Marchianensi, propè Duacum. Rutilensis Carthusia, ad Mosam, magnam partem spongiæ. Atrebatii, in S. Vedasti, notabilem partem. Pragæ. Venetiis: Platina, in Gregor. IX. Parisiis, in Sacello Regio. Olim hic, in S. Iohannis.

De saxo scisso, tempore passionis, ostenditur Tornaci, in S. Mariæ ecclesia cathedrali.

#### X I I.

Reliquiæ, quæ *Sepulchrum* Christi concernunt, & resurrectionem, hæc sunt.

*Sindon*, qua Christi corpus ex sanguine de cruce desumptum involvit Iosephus Arimathensis, in S. Cornelii, prope Aquisgranum. Duaci in S. Amati. in Marchianensi. Taurini. Sindon, qua obvolutus in sepulchro jacent, Romæ, in S. Mariæ majoris. pars quoque ejus Neapoli, in S. Patriciæ. Oveti, in Hispania. Brugis, in S. Donati. In Gemblacensi cœnobio. In Salimensi, propè Namurcum. Bisontii. Hic olim, in S. Iohannis.

*Lapis*, supra quem Christi exanime corpus post absolutio- nem collocatum fuit, apud Walciodorenes.

De *Myrrha* & ligno *aloes*, quibus inunctum fuit Christi corpus à Nicodemo, Trajecti ad Mosam in S. Servatii.

*Sudarium* Christi, quo caput ejus in sepulchro obvolu- tum fuit, Romæ, in S. Iohannis, Lateranensi. Aquisgrani, & in S. Cornelii, prope Aquisgranum. Neapoli in Carthusia. in Fli- nensi cœnobio, in Floressiensi, in Letiensis. Surini vidit Perron,

*Ambassades li. II. Brugis in cathedrali. Thornaci in cathedra-  
li. Lovanii, in S. Petri. Parisiis. Vefontii. Cadomi. Lemovici.  
Nicææ.*

*De sepulchro Christi, Romæ, in S. Crucis; & S. Laurentii; in  
S. Mariæ majoris; & SS. Iohannis, & Pauli; & S. Susannæ. Medi-  
olani, in S. Barnabæ; & S. Petri, in Monte-Forti; in S. Sepul-  
chri; in S. Vincentii; de Corbetta; & S. Mariæ de monte; & S.  
Michaelis; & S. Thomæ; & in Ecclesia Hortensi; & S. Marga-  
ritæ; & S. Iacobi. Neapoli, in S. Pauli majoris. Oveti in Hi-  
spaña. Parisiis. Colonia, in Gereonis; & S. Cuniberti. Lovan-  
nii, in S. Geertrudis. Duaci, in S. Amati: & in Flinesii cœnobio.  
in Floressiensi. in S. Huberti, in Arduenna. in Gemblacensi.  
Arroasiæ. Audomari, in Collegio Anglorum. in Latiensi. A-  
trébatii, in Cathedrali. Tornaci, in Cathedrali. in Walciodo-  
rensi, B. Mariæ. Lovanii, in S. Petri. & in Parcensi, juxta Lo-  
vanium, in Salsimensi. Pragæ, Olim hic quoque Ultrajecti, in  
S. Iohannis.*

*De lapide, quo signatum fuit Domini sepulchrum, Oveti,  
in Hispania. Romæ, in S. Petri, in Vaticano est de terra loci,  
in quo Christus apparuit Mariæ Magdalenæ. In S. Sebastia-  
ni, in petra vestigia Christi se Petro manifestantis.*

#### X I I I.

*Ad Christi adscensionem spectant sequentia.*

*De terrâ, & loco, ubi Christus ascendit in cœlum, ostendi-  
tur Romæ, in S. crucis. Oveti. Pragæ.*

*De lapide, ubi Iesus stetit, quando cœlum ascendit, Lovan-  
nii, in S. Geertrudis. & Colonia, in B. Mariæ de gradibus. Et  
vestigia Christi ascendentis in monte adhuc ostenduntur.  
Baronius ad A. xxxiv.*

#### X I V.

*Apparent hæ, quas protulimus, Christi (hujus enim præ-  
cipuè observandæ sunt) reliquiæ esse ferè innumeræ: sed quan-  
tus earundem numerus adhuc prætereatur, hinc colligi po-  
test. 1. quod orbis Pontificii hodie loca plurima sint, præter  
illa, quorum reliquias scimus, & produximus: pauca etenim  
sunt*

sunt, præ reliquis omissis. Ex Italia Romam quidem, Venetias, Mediolanum, Neapolim. In Hispaniâ solam Ovetanam ecclesiam, & pauca inde adduximus. Ex Germaniâ, Coloniam, Aquisgranum, Ratibonam, Trevirim. Ex Galliis pauca. Ex Bohemiâ, Pragam. Flandriæ, & Brabantiæ loca plura. sed quot utrobique, & in Italiâ, & Germaniâ, quin in Belgio nostro ditioris Papisticæ loca & ecclesiæ sunt, quarum reliquias nec scimus, neque attigimus? Integra fere Hispania adhuc superest, & Gallia; ne alia in Oriente, vel alibi terrarum loca dicam Papistica, seu templa, & sacella, nobis ignota, in quibus tamen omnibus semper aliquid S. reliquiarum est, quin templum, nec altare aliquod apud illos consecratur, rei sacræ peragundæ (ut quidem opinantur) aptum, quod non tali thesauro instructum sit. Papæ qui catalogum haberet omnium apud Papistas reliquiarum, vel sacratarum ædium & quæ contineant ex sacrarum rerum partes ac fragmenta! considera apud animum tuum, quot istius generis reliquiarum quidem reliqua adhuc sint, præter illa à nobis jam indicata, utcunque hæc etiam suo numero videantur haud ita pauca. I. quod loca, pulso Papismo, tenet *Reformatio*, tenent alii? in quibus, si quando à Papistis occupata fuerunt, uti nunc apud illos suis in regionibus, ita tum ibi, reliquiarum copia non deficit. Quam farraginem putas fuisse in Belgio nostro scederato, hac episcopali in urbe, aliisque? in totâ Angliâ? in Germaniâ pluribus locis? in Daniâ, Sueciâ, alibi? unde in catalogum nostrum vix huiusmodi allatum: & scatuisset tamen reliquiis illa quoque pro certissimo habendum, nec ignorant, aut diffidentur Papistæ. III. *Temporis* diuturnitate, ne quid aliud sit, deperditas aut interversas esse multas reliquias, omnes sciunt, nec Papistæ negant. Quare, si quæ hominum malefana credulitas pro reliquiis unquam habuit, ratione inita ab *æmulo* Papatus, & istorum generum, quæ nos jam ut potissima prosequuti sumus, omnia haberentur uno in loco, vel describi, aut numerari possent, in quantum obsecro cumulum illa exsurgent? quam stupenda moles



moles hinc nasceretur? neque quidquam adeo aptum existimo ad confutandam & confundendam reliquiarum fidem, atque ad prostituendum earundem cultum, quam infinita hæc earundem numerositas, atque unius rei deridenda adeo multiplicitas.

---

## Corollaria Respondentis.

I.

**C**hristus pro peccatis nostris satisfecit, pœnas peccatorum nostrorum perferendo.

II.

Christus non est mortuus, vel morte sua non satisfecit pro omnium & singulorum hominum peccatis.

III.

Oportuit mediatorem esse verum Deum & hominem.

IV.

Gratia regenerationis est irresistibilis, vel ejus effectiva.

V.

Infantes fidelium sunt baptizandi.

F I N I S.